FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis, sive Monita, Omnibus ac ...

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

Lectori Benevolo S. P.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

Visual Library

LECTORI BENEVOLO
S. P.

M*onitionibus qvibusdam futurum Eccleſiaſten inſtruere in animum induxi*, BENIGNE LECTOR, *ut is Eccleſiæ & fidei ſuæ commiſſis animabus piè vivendo & benè dicendo prodeſſe aliqvando poſſit, in tàm ſancto opere. Non pari idipſum ab omnibus affectu acceptum iri, valde temporum & morum ignarus ſim, niſi intelligam. Sed* hoc mihi *cum* Eraſmo *Lib. I. de Eccleſiaſt. p. 701. Tom. V. Oper.* veniæ velim in hoc argumento perpetuo concedi, ut ſi qvid admonendi gratiâ per occaſionem dictum eſt, nec bonos offendat, ad qvos non pertinet, nec his vitiis (*qvæ taxavi*) obnoxios irritet, qvos cupio non traducere, ſed Chriſto gratiores reddere. *Vitia tantùm expono, qvæ ſacratiſſimum prædicandi Verbum DEI munus qvandoqve conſpurcant, ut evitari qveant ab iis, qvi ad illud adſpirant.* Non invectus ſum in eos, qvi peccant, (*verba* B. Hieronymi *Epiſt. II. ad Nepotian. de vitâ Clericor. fol. 9. Tom. I. Oper. mea facio*) ſed

Franckesche Stiftungen zu Halle

ſed ne peccent, monui. Nullum læſi, nullius nomen meâ ſcripturâ deſignatum eſt. Neminem ſpecialiter meus ſermo pulſavit. Generalis de vitiis diſputatio eſt. Qvi mihi iraſci voluerit, ipſe de ſe, qvod talis ſit, confitebitur. *Viris Piis, Eruditis & in arte Concionandi exercitatis ego leges non figo, ſed illis, qvi ad Miniſterium Eccleſiaſticum ſe parant, oſtendere conatus ſum*, qvomodo oporteat in domo DEI verſari, qvæ eſt Eccleſia DEI vivi, *1. Tim. III. 15. & qvodnam ſit* opus Evangeliſtæ, *ut Apoſtolus vocat 2. Tim.* IV. *5. h. e. qvænam ſint partes qvæqve reqviſita veri Concionatoris, & qvomodo Orationes ſacræ inſtitui debeant, ut cum fructu audiantur, Tu, LECTOR CANDIDE, hæc mea æqvo animo expende, illis ſi placet, utere & bene in Domino JESU vale!*

VIRO